



## Bibliographische Daten

Titel: Hexameron  
Ersteller: Mediolanensis, Heiliger Ambrosius  
Signatur: 3 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

diu sol ei freto quamdiu ceteris immoratur. ea que fit causa ut non omnē aquam exhaustat que dulcis atq; potabilis sit. **Q**uis autem ignoret qđ etiam ea que maritima sunt aquis plerunq; dulcibus delectentur & **D**eniq; dum flumina sequunt et ad superiora ascendunt frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluuijs. **C**um hec igit̄ causa pontum illis faciat gratiorem. vel qđ estus temperet sollemnis illic flatus aquilonis. tum oportuniorem ceteris iudicant. in quo et partus possint generare proprios enutrire. qđ teneri fetus laborem alie ne regionis ferre vix possint quos illic souet aeris blanda clementia. **I**taq; peracto munere omnes simul eo quo venerant agmine reuer tuntur. **Q**ue nam ista sit ratio consideremus. **O**biectus est ponti sinus boree ceterorumq; ventorum violentissimis flatibus. **V**nde grauis illic procella furit et tempestates mouentur ita ut de profundō barena versatur. Cuius rei fluctus harenosus indicio est. qui vento rum motu insurgens altius. tum pondere grauior. haud dubie nō solum nauigantibus sed etiam maritimis ipsis animantibus intollerabilis habeat. **A**ccedit autem illud. qđ cum plurima et maxima ponto flumina misceantur. cum hiberno tempore sinus ipse frigidior e torrentium rigescat allapsu. **P**ropterea enī pisces tanq; arbitrij fluentorum estate illic ad spirantis aure clementiam tractare consue runt. cuius amenitate perfuncti rursus biemis aspera declinare contendit. et septentrionalis plage seu fugientes. in reliquos se sinus conferunt. in quibus aut ventoru mollior sit placiditas aut soleat solis vernare temperies. **N**ouit igit̄ pisces pariendi tempus. qđ p magno misterio dixit salomonis sapientia. **N**ouit tempus eundi atq; redeundi. **N**ouit tempus perfunctionis et lactationis et nouit ut queat falli. quia non rationis estimatione et disputationis argu mento vtitur sed inspirationis nature. que vera est magistra pieta tis. **D**eniq; omnes animantes scriptura habent pariendi tempora. homo solus indiscreta atq; confusa. **R**eliqua genera clementia tempo ris querunt. mulieres sole partus suos iclementer effundunt. **V**aga enim et temperans libido generandi vagam pariendi etatem exhibet. **P**iscis tanta maria transmittit ut utilitatem aliquam generi suo querant. nos quoq; diffusa equora transfretamus. **B**ed quanto honestius. qđ successionis amore quā qđ pecunie auiditate suscipit